memoratus actor supra scriptum citatum ad officium praesens per ministerialem Regni generalem Nobilem Benedictum Prosinski ultra iuris formam vicibus quatuor clamatum et non comparentem in lucro suo pro toto ex regestri ordine ac admissione officii [illegible] iudicialiter condemnavit

BANKOWSKI LUCRUM

Super citationem literalem Castrensem Capitanealem Branscensem tenoris talis Franciscus Ioannes in Kloczew Lesnowolski Branscensis etc Capitaneus Tibi Nobili Paulo olim Stanislai Malinowski Chadzik in Malinowo Zoltki heredi et persona bonis tuis omnibus rigore Regio et nostra Capitaneali authoritate mandamus ut intermenus querelarum ac causarum officii Capitan. Castren. in Curia Regia Branscen. Feria secunda post datam praesentis citationis proximius celebrandis personaliter compareas ad instantiam Nobilis Zachariae olim Nestoris Bankowski filii in Banki et Worone heredis actoris Quem citat ideo quia tu in contrarium Iurium et libertatum Regni quibus Thelonea in Palatinatu Podlachiae sunt sublata ausus es ab eodem actore in via libera bonorum Woronie avena cassulas sex quelibet cassula valoris trium floren. Polon. in vim cuiusdam iniusti et inusitati Thelonei recipere et extorquere pro de facto recepisti et extorsisti per quod penam mille marcarum Polon. succubuisti ad quam decernendam una cum restitutione praedefati et exati Thelonei citaris iudicialiter sis responsurus et termini attentaturus datum in curia Branscensi Feria secunda post Festum Sancti Michaelis Archangeli proxima Anno Domini Millesimo Sexcentesimo quinquagesimo primo cuius citationis copiam sigillatam ministerialis regni Generalis Nobilis Benedictus Prosienski ab una integra ante terminum praesentem septimana in bonis citati propriis posuisse et publicasse recognovit memoratus actor supra scriptum citatum ad officium praesens per ministerialem Regni Generalem Nobilem Benedictum Prosienski ultra iuris formam vicibus quatuor clamatum et non comparentem in lucro suo pro toto ex Regestri ordine ac admissione officii Iudicialiter condemnavit

FASCZEWSKI LUCRUM

Super citationem literalem Castrensem Capitanealem Branscensem tenoris talis Franciscus Ioannes in Kloczow Lesnowolski Capitaneus Branscensis vobis Nobilibus Iacobo olim Ioannis Fasczewski et Reverendo Martino Fasczewski

88420 8785

1

conventus Calisiensis Patrum Societatis Jesu de Jasczi Lukawicza et Kalinowo Zalesze Wrozy Więcky heredibus ex omnibus bonis vestris vigore Regio et nostra Capitaneali autoritate mandamus ut in terminis querelarum officii Castren. Capitan. Bran. Feria secunda post datam praesentis citationis prius et prox: in Curia Regia Bran. celebrandis perso. et perem. compareatis ad Instantiam Nobilium Stephani Dominici filiorum olim eiusdem Generosi Joannis Jaszczewski de ibidem heredibus qui vos et quidem unus Dominicus Minorenn. cum assistencia actorum de iure proximorum citant secundo post obtentam pena contumatiae in qua vos in terminis querelarum ante actu Judicialiter condemn~~avit~~ idque pro eo quia vos existentes iteratis vicibus moniti et requisiti non dultis neque curatis divisione iusta et equalem omnium et singulorum bonorum nobilium et immobilium in hereditatibus villarum prefatorum Jasczi Sokoly Kalinowa antiqua et noua Wrozi Więcki Lukawicza Zalesze consistentium post olim parentem tam vestrum quam et actorum pari iure successorum spectan. et concernen. videlicet areis hortis agris pratis campis silvis borris rubetis fluviis fluminibus rippis molendinis auro argento aere cupro stanno subditis edificiis magnis et parvis curiis praediis ac tota substantia et supellectili domestica facere et dividere non vultis neque curatis ad videndam et audienda divisione bonorum prefatorum per officium competens amicos ex utraque parte binos Geometram ministerialem et nobiles facienda decerni et vadium Capitaneale centum viginti Marcarum Polonicalium interponi contumacia vestra non obstante Judicialiter sitis terminum attentaturi et responsuri datum in curia Regia Branscensi Feria secunda post Festum Sancti Michaelis Archangeli proxima anno domini Milesimo Sexcentesimo Quinquagesimo primo cuius quidem citationis copiam sigillata Ministerialis Regni generalis Providus Simon Lopienski ab una integra ante terminum praesenti septimana in bonis citati propriis posuit ~~et~~ et publicavit memorata pars actorea supra nominata citatam partem ad officium praesens Castren. Capitan. Branscen. per ministeriale Regni Generalem Nobilem Benedictum Prosienski ultra iuris forma vicibus quatuor clamatum et non comparentem in lucro suo pro toto

ex regestri ordinū ac admissione officii Iudicialiter condemnauit

PIERZCHALA LVCRVM

Super citationem literalem Castrenē Capitanē Branscenē tenoris talis
Franciscus Ioannes in Kłoczow Lesnowolski Capitaneus Branscen etc
Tibi Nobili Iozepho olim Alberti Pierzchala ex omnibus bonis tuis
uigore Regio mandamus ut in terminis querelarū Feria secunda
datam et positionem praesentis citationis proximius in Curia Regia B:
celebrandis personaliter et peremptoriè compareas ad instantiam No
bilis Ioannis Pierzchala patrui sui germani qui te citat ideo quia
tu in contrarium Iurium et libertatem regni quibus Thelonea in
Palatinatu Podlachiae sunt sublata ausus es ab eodem actore
in uia libera bonorum Pierzchaly siliginis cassulas decē quinq
auenae cassulas hordei cassulas quinq in uim cuiusdam Thelonei
iniusti et inusitati recipere et extorquere prout de facto recepisti
et extorsisti per quod penam mille Marc succubuisti ad quā decer
nenda una cum restitutione praefati et exacti Thelonei citaris Iu
dicialiter sis responsurus et terminū attenē datum in curia Re
gia Branē Feria secunda Festum Exaltationis Sancti Crucis pro
xima Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Quinquagesimo primo
cuius citationis copiam sigillatam ministerialis regni generalis
P. Baltazar Brosienski ab una integra ante terminum praesentem se
ptimana in bonis citati propriis posuisse publicasseq recognouit memo
ratus actor supra scriptū citatum ad officiū praesens per ministe
rialē Regni Generalē N B: Brosienski ultra iuris forma ūibus
quatuor clamatū et non comparente in lucro suo protoco ex
Regestri ordine ac admissione officii iudicialiter condemnauit

SOKOLOWSKI LVCRVM

Super citationem literalem Castrensem Capitanē Branscensem
tenoris talis Franciscus Ioannes de Obory in Kłoczew Lesnowol
ski Capitaneus Branscensis etc Tibi Nobili Alberto olim Mathei
Iamiołkowski dē Iamiołki heredi ex omnibus bonis tuis uigore Re
gio et nostra capitaneali authoritatē coram officio nostro Castrenē